



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XCVII. Montis-Brisonis Canonicoꝝ collegium in dioecesi  
Lugdunensi, in Gallia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

*in eodem loco corpore quiescit, & spiritu presens, innumera illic quotidie credentibus beneficia prestare non cessat.*

## CAPVT XCVI.

## COLLEGIUM CANONICORVM

*Aula Comitis apud Valentianas.*

**B**Alduinus III. cognomēto Magnanimus Hannoniæ ac Valētiarum Comes in ipsa Vrbe Valentiana Palatium insigne exædificauit, quod Aulæ Comitis nomen etiamnum retinet. Quo in Palatio Collegium Canoniorum anno circiter millesimo cētesimo nonagesimo secundo collocauit diplomate ea de re dato. Ita Iacobus Guisus in Hannoniæ Chronicis libro tertio capite quingentesimo vndecimo.

## CAPVT XCVII.

## MONTIS-BRISONIS CANONICORVM

*collegium in diœcesi Lugdunensi, in Gallia.*

**M**ons Brisonus est Vrbs primaria Prouinciæ Forensis in regno Galliæ: in qua vrbe *Guigo*, siue *Guido* IV. Comes Forensis & Niuernensis insigne Canoniorum Collegium anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio fundauit, ac dotauit. Raynaudo Lugdunensi Archiepiscopo approbante.

Diploma foundationis sic habet: *Guigo Co-*

M 3

mes

mes Forensis &c. Nos ad honorem Dei & beatae  
semper virginis Mariae, auctoritate dioecesani nostri  
Venerabilis Lugdunensis Archiepiscopi, patris nostri,  
Ecclesiam construximus apud montem-brisonem in  
Parochia Modoni siue praedictis iuris alieni, & in e-  
adem Ecclesia tredecim Canonicos instituimus, qui  
divinis officijs mancipati Deo & Beatae Virgini Ma-  
riae perpetuo deseruirent. Ex quibus vnus Decanus,  
alter cantor, alius sacrista, sequens Magister chori  
essent. haec omnia in praesentia venerabilis patris in  
Christo Domini R. Lugdunensis Archiepiscopi. Actum  
anno millesimo ducentesimo vigesimo tertio. Immu-  
nitates item & priuilegia eidem Ecclesiae con-  
cessa sunt a praefato Guidone anno millesimo  
ducentesimo vigesimo nono. Statuta circa di-  
uina publicata sunt a Ioanne Archiepiscopo,  
anno millesimo tricentesimo octogesimo  
quinto. Eadem priuilegia cum statutis legun-  
tur approbata per Franciscum primum Re-  
gem Galliae anno millesimo quingentesimo  
trigesimo quinto.

## CAPVT XCVIII.

COLLEGIA CANONICORVM DI-  
oecesis Aurelianensis in regno Galliae.

Collegium Cathedrale S. Crucis.

Collegium S. Aniani.

Collegium S. Petri, Virorum.

Collegium S. Petri, puellarum

Collegium S. Auiti.

Colle